



ANNUS  
APOSTOLICUS

7-8

BV30  
L3  
v.4  
t.7-8

008526



1080015163

EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

E  
HEME

ANNUS APOSTOLICUS

ANNUS  
APOSTOLICUS

CONTINENS CONCIONES

I. TOTO ADVENTU — II. TEMPORE QUADRAGESIMAE  
III. OMNIBUS ET SINGULIS TOTIUS ANNI DIEBUS DOMINIIS  
IV. DE SANCTIS

PRÆDICABILES  
STILO PERSPICUO ELABORATAS

CLARAQUE METHODO CONCINNATAS

AUCTORE R. P.

Fr. ZACHARIA LASELVE

*Sacrae Theologiae Lectore, necnon Provinciae Recollectorum  
Sanctissimi Sacramenti seu Tolosane alumno.*

EDITIO REVISATA ET ADNOTATA A P. A. SARACENO PRESB. CONGREG. OR. TAURIN.

Volumen VII.

Pars II. Concionum de Sanctis.



UNIVERSITÀ *Capilla Allorina*  
*Biblioteca Universitaria*

AUGUSTE TAURINORUM  
EX OFFICINA LIBRARIA ECCLESIASTICA  
EQ. LAURENTII ROMANO, EDITORIS

M. DCCC. LXXXI.

45163

BV 30

L3

V.4

t. 78

*Juribus seratis.*



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

Taurini — Ex Typ. V. Boss.

## CONCIONES DE SANCTIS

### DE PURIFICATIONE B. V. MARIE

• CONCIO UNICA.

*Erunt Domino offerentes sacrificia* (Malach. 3).

Ita placita et Deo acceptabilia sunt hominum sacrificia, ut cum primum esse et vivere cœperunt, oblata ab iis sacrificia acceptarit et in omni lege, omnique deinceps tempore sacrificia sibi libari voluerit. Unde ex filiis Adami alius fructus quosdam, et alter sui gregis agnos pinguiores Deo obtulit; Noë etiam post universalem aquarum inundationem arca egressus, Deo sacrificavit; quod et Melchisedech et Abraham et alii multi Dei amici tempore legis naturæ præstarunt, eorumque sacrificia Deus sibi esse placita signis externis pluries manifestavit. Tempore autem quo lex scripta viguit, frequentissimus fuit sacrificiorum usus, quorum ritus, cæremonias et varios modos Deus ipse instituit et docuit; eoque tempore, sicut et legis naturæ, hominum, vitulorum, ovium, agnorum et aliorum multorum animalium sacrificia sibi pergrata esse testatus est. Gratiora tamen hæc dubie ei hodie sacrificia in templo Jerosolymitano offeruntur, de quibus spiritu prophetico dixit Malachias: *Erunt Domino offerentes sacrificia*. De Simeone ait sacer Evangelista, quod ducente Spiritu Sancto in templum venerit: *venit in spiritu in templum* (Luc. 2, 29); eodem spiritu ducti ad templum venerunt Christus et Maria: eamus et nos nunc spiritu in tem-